

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libellus precatorius ad St. Blasium - Cod. St. Blasien 92**

**Herrgott, Marquart  
Seitz, Theodor**

**[St. Gallen], [18. Jahrh.]**

Lateinische Widmung an Abt Blasius III. Bender von St. Blasien  
(1720-1727), 1721.

[urn:nbn:de:bsz:31-52777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-52777)

## Dedicatoria.

Reverendissimo  
 et  
 Amplissimo Prasuli,  
 Dño Dño Blasio,  
 Monasterij ad S. Blasium  
 in Silva Hercynia Abbati  
 Vigilantissimo,  
 Domino in Bondorf et Gurt-  
 weil &c. S. Cas. Maj. Consi-  
 liario Leopoldo &c. Statius  
 ant. Austria Prasidi &c.  
 Domino ac Patri suo  
 Gratosissimo &c.

Dedicatoria.

Reverēdē ac Amplē  
D. D. Prasul,  
Dnē ac Patēr Gratiosmē CC.

En Tibi Thaumaturgi Blasij  
innumeris inter homines benefi-  
cis conspicui, et in summa apud  
Te, post Deum, et Matrem

## Dedicatoria.

Virginem veneratione collocati,  
 Laudum, in simul Devotionis nos-  
 trae erga Eundem sacros manipu-  
 los, seu Sementis ac messis nos-  
 trae Hebraicae Primitias, quas  
 jure et merito Amplissimo No-  
 mini Tuo inscribimus.

Jure quidem; quia haec ipsa  
 Devotionis Leges iam olim  
 per manus Filiorum Tuorum  
 in Agro Latio collecta, et in  
 Horreo San. Blasiano congrega-  
 ta, Praedecessori Tuo, Cujus me-  
 moria in Benedictione est, con-  
 secrata atq; dicata jure suc-  
 cessionis Tuae evasit.

Dedicatoria.

Merito etiam; quia redituras spe-  
ras cum sanore decem Mnas,  
in pretio Temporis ad dignos  
Scientiarum Luasus lucrifaci-  
dos à Te liberalissimi inducto  
Paterna manu nobis concedebas;  
Neq' enim in Sudario vel unam  
Mnam s. momentum Temporis s.  
reponendam judicasti, quò minus  
tollas, quod non posuisti, et metas,  
quod non seminasti.

Jure porro; quod percepto Sa-  
ra Benedictionis Tuae incremen-  
to, Studia nostra litteraria Fau-  
torem et Mecanatem longè Muni-  
ficentissimum in Te felice omi-  
ne sortita sint.

## Dedicatoria.

Merito item; ut intelligas, quam  
auspicato Mentis Tuae de promo-  
vendo Linguarum Studio consiliu  
Succeserit, nec non proprijs me-  
ris oculis Heroici istius Benefacti  
Tui Amplitudinem et perennatu-  
ram gloriam.

Effecisti profecto, dum Scientia-  
rum emolumento invigilas, ut, quod  
olim Juvenalis de Imperatore Do-  
mitiano anorem Litterarum in  
principio Imperij simulante falso  
gloriatus est, id nunc verissime  
de Te dici possit:

Et Spes, et ratio Auditorum in  
Præsule tantum.  
Macte igitur gloriosissima hac

Dedicatoria .

cum omnis aevi de Re litteraria optime meritis Principibus concertatione, et persuasissimum habito, Prosperitatem inter precipua Saeculi hujus ornamenta et miracula numeraturam, quod uno eodemque tempore, quo ardua pro aris et focis negotia expedivisti, insuper quoque liberalissima equanimitate ac maxime Paterna sollicitudine studia Linguarum Saepe publico Christiana proficua et longe necessaria in Vener. Monasterium gaustis avibus introduxeris.

Quod restat, D. O. M. ardentissimis precibus oramus, et per

## Dedicatoria.

totius San-Blasiani Congregatio-  
nis publicam salutem, ac tran-  
quillitatem obsecramus, Ampli-  
tudinem Tuam conservet inco-  
lumem, effundens Benedictionem  
usq; ad consumptionem Sufficien-  
tiae Tibi, ut sit instar flumi-  
nis pax Tua, et Prosperitas  
Tua, ut fluctus maris. Es.  
48. v. 18.

Tu vero Gratosissime Pater,  
Super Labores et Studia nos-  
tra, Demississimè precamur,



Dedicatoria.

Gratiarum Tuarum fontes ju-  
giter effunde.

Reverende ac Amplius  
Dominationis Tuae

Dat. in S. Gallo  
19. Octobr. 1721.

Humillimi et Obe-  
dientissimi Filij.  
F. Marquardus Herrgott.  
F. Theodoricus Seiz.